

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo XXIII

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

gete, non enim aliquid horum patri contigit, sic & resurrectionem corporum; nam resurrectionem animarum ex substantia sua pater, ex substantia sua filius quae illi aequalis est, animae quippe fiunt participes illius incommutabilis lucis, non corpora; Resuscitationem autem corporum pater per filium hominis, & potestatem dedit ei & iudicium facere, quia filius hominis est, secundum illud quod supra dixit, neque enim pater iudicat quemquam, & ut ostendat quia de resurrectione corporum hoc dixit, Nolite mirari hoc quia uenit hora non nunc est; sed uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt; iam hoc & hesterno die statissime audistis, audient uocem eius & procedent, & ubi in iudicium; qui bene fecerunt in resurrectionem uitae, qui male egerunt in resurrectionem iudicii; & tu hoc facis solus, quia omne iudicium pater dedit filio, & non iudicat quemquam; Ego inquit facio, sed quomodo facis? non possum a me facere quicquam, quod audio iudico, & iudicium meum iustum est; Cum ageretur de resurrectione animarum, non dicebat, audio; sed uideo; Audio enim tamquam precipientis patris imperium; iam ergo sicut homo, sicut quo maior est pater; iam ex forma serui, non ex forma dei, sicut audio iudico & iudicium meum iustum est; unde est iudicium iustum hominis, fratres mei attendite, quia non quaero uoluntatem meam sed uoluntatem eius qui misit me, **EXPLICIT SERMO XXIII.**

INCIPIT XXIII. ADEO QUOD SCRIPTUM EST, POST HAEC ABIT IHS TRANS MARE GALILEAE QUOD EST TIBERIAS USQUE AD IOQUODAIT, ILLI ERGO HOMINES CUM UIDISSENT QUOD FECERAT SIGNUM DICEBANT, QUAHIC EST UERE PROPHETA QUI UENIT IN MUNDUM.

Miracula quae fecit dominus noster ihesus christus, sunt quidem diuina opera, & ad intellegendum deum de uisibilibus admonent humanam mentem; quia enim ille non est talis substantiae quae uideri oculis possit, & miracula eius quibus totum mundum regit, uniuersamque creaturam administrat ad fiduciam uoluerunt, ita ut pene nemo dignetur attendere opera dei miranda & stupenda in quo libet seminis grano, secundum ipsam suam misericordiam seruauit sibi quaedam, quae faceret oportuno tempore praeter usitatum cursum ordinemque naturae, ut non maiora sed insolita uidendo stupere quibus cotidiana uoluerant; maius enim miraculum est gubernatio totius mundi, quam saturatio quinq. milium hominum de quinq. panibus, & tamen hoc nemo miratur; Illud mirantur homines non quia maius est, sed quia rarum est, quis enim & nunc pascat uniuersum mundum nisi ille quidem paucis granis segetes creat, fecit ergo quomodo deus; unde enim multiplicat de paucis granis segetes; inde in manibus suis multiplicauit quinq. panes; potestas enim

miracula dei

miracula dei

erat in manibus xpi. panes autem illi quinque, quasi semina erant. non qui-
 dem terrae mandata, sed ab eo qui terram fecit multiplicata; hoc ergo ad mo-
 tum est sensibus quo erigeretur mens & exhibitum oculis ubi exerceretur in-
 tellectus. ut inuisibilem dñm per uisibilia opera miraremur. & erecti ad fidem
 & purgati per fidem & iam ipsum inuisibiliter uideret cuperemus, quem de
 rebus uisibilibus inuisibilem nosceremus; nec tamen sufficit haec intueri
 in miraculis xpi; interrogemus ipsa miracula quid nobis loquantur de xpo.
 habent enim si intellegantur linguam suam; nam quia ipse xps uerbum di-
 & iam factum uerbi uerbum nobis est; hoc ergo miraculum sicut audiuimus
 quam magnum sit, quaeramus & iam quam profundum sit. & tantum eius
 superficie delectemur, sed & iam altitudinem perscrutemur; habet enim ali-
 quid intus hoc quod miramur foris; uidemus, expectauimus magnum
 quiddam, praeclarum quiddam. & omnino diuinum, quod fieri nisi ad dñm
 possit. Laudauimus de facto factorem, sed quem admodum si litteras pulchras
 alicubi inspiceremus, non nobis sufficeret laudare scriptoris articulum, qñm
 eas pariter, aequales, decoras fecit, nisi & iam legerimus quid nobis per illas in-
 dicauerit, ita factum hoc qui tantum inspicit, delectatur pulchritudine facti
 ut admiratur artificem! qui autem intellegit, quasi legit; aliter enim uidetur
 pictura, aliter uidentur litterae; picturam cum uideris, hoc est totum uidisse lau-
 dasse! litteras cum uideris, non hoc est totum, qñm commoneris & legeris;
 & enim dicis cum uideris litteras, si forte non eas nosti legeris; quid putam
 esse quod hic scriptum est? Interrogas quid sit, cum iam uideas aliquid; aliud
 tibi demonstraturus est a quo quaeris cognoscere quod uidisti; alios ille ocu-
 los habet, alios tu; nonne similiter apices uidetis, sed non similiter signa cog-
 noscitis; tu ergo uides & laudas, ille uidet, laudat, legit & intellegit; quia
 ergo uidimus, quia laudauimus, legamus & intellegamus; dñs in monte,
 multo magis intellegant, quia dñs in monte uerbum est in alto, proinde
 non quasi humiliter iacet quod in monte factum est, nec transeunter pre-
 tereundum est, sed suscipiendum; turbas uidit, esurientes agnouit, mise-
 ricorditer pauit, non solum pro bonitate, uerum pro potestate; quid enim
 sola prodesse bonitas, ubi non erat panis unde turba esuriens pasceretur,
 nisi bonitati adesse potestas, ieiuna illa turba & esuriens remaneret; deniq;
 & discipuli quierant cum dño infame & ipsi turbas uolebant pascere ut
 remanerent inanes, sed unde pascere non habebant; interrogauit dñs
 unde emerentur panes ad turbas pascendas, & ait scriptura, hoc autem dice-
 bat temptans eum. Discipulum scilicet philippum quem interrogauerat.
 ipse enim sciebat quid esset facturus, cui ergo bono temptabat, nisi quia

ignorantiam discipuli demonstrabat; & forte in demonstratione ignoran-
 tiae discipuli aliquid significauit; apparet ergo cum ipsum sacramentum
 de quinque panibus coeperit nobis loqui & quid significet indicare; Ibi enim
 uidebimus, quare dominus in hoc facto ignorantiam discipuli uoluit interrogando
 quod sciebat ostendere; Nam interrogamus aliquando quod nescimus, audi-
 te uolentes ut discamus. aliquando interrogamus quod scimus, scite uolen-
 tes utrum & ille sciat quem interrogamus; utrumque hoc nouerat dominus; &
 quod interrogabat sciebat. & quid esset & facturum ipse nouerat, & hoc
 nescite philippum sciebat similiter; quare itaque interrogabat nisi quia illius
 ignorantiam demonstrabat. & hoc quare fecerit, ut dixi post intellegemus;
 Andreas ait, est hic puer quidam qui habet quinque panes & duos pisces, sed
 haec quid sunt ad tantos; Cum dixisset philippus interrogatus. Ducentorum
 denariorum panes non sufficere quibus tanta illa turba reficeretur. Erat ibi
 quidam puer portans quinque panes ordeaceos & duos pisces; & ait ihesus, facite
 homines discumbere; erat autem ibi multum faenum, & discubuerunt fer-
 me quinque milia hominum; Accepit autem dominus ihesus panes, gratias egit
 iussit fracti sunt panes. positi ante discumbentes. Non iam quinque panes, sed
 quod adiecerat qui creauerat quod auctum erat, & de piscibus quantum
 sufficiebat; parum est turbam illam fuisse satiatam, & iam fragmenta re-
 siderunt. & ipsa colligi iussa sunt ne perirent. & impleuerunt duodecim
 cophinos fragmentorum; Breuiter ut curramus, quinque panes intelle-
 guntur quinque libri moysi. merito non triticei sed ordeacei, qui ad uetus
 testamentum pertinent; Nostis autem ordeum ita creatum, ut ad medul-
 lam eius uix perueniatur; Uestitur enim eadem medulla tegmine paleae.
 & ipsa palea tenax & inhaerens ut cum labore exuatur; Talis est littera ue-
 teris testamenti uestita tegminibus carnalium sacramentorum. Sed si
 ad eius medullam perueniatur, pascit & satiat; ferebat ergo puer quidam
 quinque panes & duos pisces; Si quaeramus quis fuerit puer iste, forte po-
 pulus israhel erat, sensu puerili portabat, nec manducabat; illa enim quae
 portabat, clausa onerabant, aperta pascebant; Duo autem pisces uidentur
 nobis significare duas illas in ueteri testamento sublimis personas, quae
 unguebantur ad populum sanctificandum, & regendum, sacerdotis & regis,
 & ipse in mysterium uenit aliquando qui per illas significabatur; uenit
 aliquando qui per medullam hordei ostendebatur, per paleam uero hor-
 dei occultabatur; Uenit ipse unus utramque personam in se portans sacer-
 dotis & regis. Sacerdotis per uictimam quam se ipsum obtulit pro nobis
 deo; regis, quia regimur ab eo. & aperiantur quae clausa portabantur;

quinque panes.

Gratias illi. impleuit perse quod per uetus testamentum promittebatur.
 & frangi iussit panes. frangendo multiplicati sunt; nihil uerius; quinq. eni
 illi libri moysi quam multos libros cum exponuntur tamquam frangendo.
 id est differendo fecerunt. sed quia in illo hordeo ignorantia primi populi te
 gebatur. De quo primo populo dictum est. quam diu legitur moyses. uelam
 supra corda eorum positum est. Non dum enim ablatum erat uelamen quia
 nondum uenerat xps. Non dum uelum templi fuerat illo in cruce penden
 te conscissum. Quia ergo ignorantia populi erat in lege. propterea temp
 tatio illa dñi ignorantiam discipuli demonstrabat; nihil igitur uacat. om
 nia innuunt. sed intellectorem requirunt; Nam & ipse numerus pasti po
 puli. populum significabat sub lege constitutum; Cur enim quinq. mi
 lia erant. nisi quia sub lege erant. quae lex quinq. libris moysi explicatur;
 Unde & quinq. illis porticibus languidi prodebantur. non sanabantur; ille
 autem ibi curauit languidum. qui & hic turbas de quinq. pambus paut; hā
 & super faenum discumbebant. carnaliter ergo sapiebant & in carnalibus
 quiescebant; Omnis enim caro faenum; quae sunt autem illa fragmenta. nisi
 quae populus non potuit manducare. Intelleguntur ergo quaedam secreta
 ra intellegentiae. quae multitudo non potest capere; quid ergo restat nisi
 ut secreta intellegentiae quae non potest capere multitudo. illis credan
 tur qui idonei sunt & alios doceat sicut erant apostoli. unde duodecim cophi
 ni implerunt. factum est hoc & mirabiliter. quia magnum factum est. & uita
 liter. quia spiritale factum est; qui tunc uiderunt. admirati sunt. nos autē
 non miramur cum audimus; factum est enim ut illi uiderent. scriptū ē
 autem ut nos audiremus; quod in illis oculi ualuerunt. hoc in nobis fides.
 Cernimus quippe animo quod oculis non potuimus. & praelati illis sumus.
 qñm de nobis dictum est. beati qui non uident & credent; addo autem quā
 forte & intelleximus quod illa turba non intellexit. & ueste nos pastis u
 mus. qui ad medullam hordei peruenire potuimus; Deniq. homines illi qui
 uiderunt hoc. quid putauerunt. illi inquit homines cum uidissent quod
 fecerat signum dicebant. Quia hic est ueste propheta; forte adhuc prophe
 tam ideo xpm putabant. quia super faenum discubuerant; erat autem
 ille dñs prophetarum. impleror prophetarum. scificator prophetarum
 sed & propheta; Nam & moysi dictum est. suscitabo eis prophetam simile
 tui. similem secundum carnem. non secundum maiestatem; & de ipso xpo
 illam dñi promissionem habere intellectum. aperte in actibus apostolorū
 exponitur & legitur. & ipse dñs desecat. non est propheta sine honore. nisi
 in patria sua; propheta dñs & uerbum di dñs. & nullus propheta sine uerbo

di proph&at; cum proph&is uerbum di & proph&a uerbum di, meruerit
 priora tempora proph&as afflatos & impl&os uerbodi, meruimus nos pro
 ph&am ipsum uerbum di, sic autem proph&a xps dñs proph&arum, sicut
 angelus xps dñs angelorum, Nam & ipse dictus est magni consilii angelus;
 uerum tamen alibi quid dicit proph&a. quia non legatus, neq. angelus, sed
 ipse ueniens saluos facit eos. id est ad saluos faciendos eos non mittit legatū.
 non mittit angelum, sed uenit ipse, quis uenit? & ipse angelus certe, non
 per angelum, nisi quia iste sic angelus, ut & iam dñs angelorum; & enim
 angeli latine nuntii sunt; si xps nihil adnuntiar&, angelus non dicer&ur.
 si xps nihil proph&ar&, proph&a non dicer&ur; exortatus est nos ad fidē
 & ad capeffendam uitam a&ernam aliquid praesens adnuntiauit, aliquid
 futurum praedixit; ex eo quod praesens adnuntiauit, angelus erat. ex eo
 quod futurum praedixit, proph&a erat. ex eo quod uerbum di caro fac
 tum est, & angelorum & proph&arum dñs erat, **EXPLICIT SERMO XXIII.**

chry & propheta & angelus

chry & dñs angelorum & propheta

**INCIPIT XXV AB EO QUOD SCRIPTUM EST. IHS ERGO CUM COGNOUIS
 SET QUI UENTURI ESSENT UT RAPERENT EUM. USQ. AD ID QUOD AIT.
 UT OMNIS QUI UIDEAT FILIUM ET CREDIT IN EUM HABEAT UITAM AE
 TERNAM ET RESUSCITABO EUM ECO IN NOUISSIMO DIE.**

Hesternam ex euangelio lectionem ista est hodierna quae sequitur.
 unde hodiernus sermo deb&ur, facto illo miraculo ubi quinq. milia
 hominum de quinq. panibus paut ihs. cum admiratae essent turbae.
 & eum magnum proph&am dicerent qui uenit in mundum. sequitur hoc.
 Ihs ergo cum cognouisset quia uenerant ut raperent eum & facerent eum
 regem; fugit iterum in montem ipse solus; Datur ergo intellegi, quod dñs
 cum seder& in monte cum discipulis suis, & uider& turbas ad se uenientes, des
 cenderat de monte, & circa inferiora loca turbas pauerat; Nam quomodo
 fieri potest, ut rursus illuc fuger&, nisi ante de monte descender&, Significat
 ergo aliquid, quod dñs de alto descendit ad pascendas turbas; paut & ascen
 dit, quare autem ascendit, cum cognouisset quod eum uellent rapere &
 regem facere; quidem enim, non erat rex qui timebat fieri rex. Erat omnino;
 nec talis rex qui ab hominibus fier&, sed talis qui hominibus regnum dar&;
 Numquid forte & hic aliquid significat nobis ihs cuius facta uerba sunt, ergo
 in hoc quod uoluerunt eum rapere & regem facere, & propter hoc fugit in
 montem ipse solus? hoc in illo factum tac&, nihil loquitur, nihil significat,
 an forte hoc erat rapere eum, praeuenire uelle tempus regni eius, & enī
 uenerat modo non iam regnare, quomodo regnaturus est in eo quod dici
 mus, aduenit regnum tuum; semper quidem ille cum patre regnat

margin notes on the left edge of the page, partially cut off.